

105. Posteriora agunt quiete musculo-
rum, laxatione venarum (54.), mirifica-
tione acris cuiuscunque, diluendo, vel
obtundendo (66.67.88.), doloris causas
tollendo.

DE MORBIS, EX DEFECTU
CIRCULATIONIS, ET
PLETHORA.

106. Defectu motus circulatorii morbi
fiunt in humoribus illi, qui
proxime accedunt ad hos, qui quiescenti-
bus spontanei nascuntur. Modo bene con-
sideretur aer, qui admisus corruptiones
spontaneas accelerat, quae aliter, eo se-
cluso, lentiores. (58. ad 80.) adeoque
intellectus, & curatio horum inde peti
debet. Atque ex his omnibus plethorae
indoles, causa, effectus, signa, reme-
dia intelliguntur, si ad sequentia animus
advertisitur.

α . Plethora est copia boni sanguinis ma-
jor, quam quae ferre possit eas mutatio-
nes, quae vitae inevitabiles accident, nisi
inducantur morbi.

β . Hanc generat omnis causa, quae
multum laudabilis Chyli, & Sanguinis
conficit, simulque horum attenuatio-
nem,

onem, consumtionem, perspirationem, impedit.

v. Quo spectat vis contractilis viscerum Chylopoeorum magna, ut & in Corde & arteriis; simulque laxior venarum, & caeterorum vasculorum compages; cibi blandi facile in chylum resolvendi; somnus multus, animus sedatus: quies musculara, consuetudo mittendi sanguinis, naturalis, artificialis.

d. Effectus Plethorae omnes pendent a rarefactione, quae majori velocitati, atque inde nato calori, aut causis aliis, per solam observationem cognoscendis, adscribenda: hinc arteriarum dilatatio tam Sanguiferum, quam Lymphaticarum; mutata secretio; comprehensio generis venosi Sanguiferi & Lymphatici; suffocatio circulaturi; inflammatio; vasorum ruptura; suppuration; gangraena; mors.

e. Itaque facile cognoscitur praesens; praevidentur futuri effectus.

ζ. Curatio absolvitur missu sanguinis; labore; vigiliis; cibo acriori post evacuationes; omissione evacuationum sensim introducta,

MOR-